

Resignatio bonorum Falenty Boru:
the Vexillifero Warsaviensi.

In Nomine domini amen, ad memoriau
rei sempiternam. Boleslaus Dei gratia dux
Masovie et Russiae terrarum, nec non War:
schoviensis, Wischegradiensis, Sacerdotumensis,
Czechonoviensis Dominus et heres Crivnensis etc
Significamus tenore presentium tam pre:
sentibus quam futuris harum notitiarum
habituris, quibus expedit generaliter univer:
sis. Quomodo coram nobis personaliter con:
stituti Michael alias Buchala De Raschnize,
Johannes De Runowo, et Adam de Crecothkij
heredes sani utroque spiritu existentes non
compulsi non coacti, neque aliquo dolo vel
fraude circumventi. Sed ipsorum meris et
spontaneis voluntatibus, amicorumque suo:
rum salubribus freti consilijs palam reco:
gnoverunt et expresse. Quod licet ad heredi:
tatem Falanthi cum adjacentijs Warschovien:
sibus districtus habuerint jus propinquitatis,
ipsamque propinquitatem Nobili Borutha
Vexillifero Warschoviensi revocaverant.
Sed quod ipse Borutha vexillifer ipsis Mi:
chaeli, Johanni et Ade pro hujusmodi
propinquitate dicta hereditatis Falanthi
cum ejusdem adjacentijs satisfecit realiter
et cum effectu ac ipsos de eadem contenta:
vit. Quaque satisfactione sufficienti
recepta, ipsis, ut premittitur, per predi:
ctum Borutham vexilliferum prestita
prenoninati

123



praenommati Michael Johannes et Adam
se de hujusmodi propinquitate pluries dicto
Boruthe abrenunciaverunt vulgariter Wirz
Zekly perpetue. et in deum. In cuius rei te:
stimonium, sigillum nostrum majus de certa
nostra scientia presentibus est appensum
Actum et Datum in Warschovia Sabbato
in crastino Sancti Adalberti. Anno Domi:
ni millesimo quadringentesimo tricesimo
quarto. Presentibus strenuis nobilibusque
Dominis Pomstiberio pincerna Czechowienzi
Johanne Rogalya Vischegradensi, Prislao
de Podosia Sacrocrimensi vexilliferis, Mi:
chaeli De Zyemijanczyce Warschoviensi et
Sandcone De Crobino Czechowienzi Subca:
merarijs, alijsque quamplurimis nostris
fidelibus fide dignis testibus circa premissa.
Scriptum per manus Stephani Nicolai
De Anyschewo prepositi Warschoviensis
Cancellarij Curie nostre, qui presentia ha:
buit in commissis.

Ta Kopia przepisana z oryginalu war:
gaminowego dnia dwudziestego pier:
wszego miesiaca marca. Roku
Pan'skiego 1785go. u ktorego do:
tu wisi znurek jedwabny we
trzech kolorach granatowy, biały,
y piosowy, bez pieczęci ader:
wana.